Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0001-4

9.12
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-j
SIGNAT. cIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0002-0

# Das im Segen ſtets blühende
# Andencken
Des weyland
## Wohl-Edlen/Groß-Achtbaren und Wohl-Weiſen Herrn/
# Hrn. Gottfried NICOLAI,
## In der Chur-Stadt Wittenberg Wohl-verdienten Stadt-Richters/ und E. Hoch-Weiſen Raths-COLLEGII Anſehnlichen SENIORIS,
Wie Derſelbe

Anno MDCC VII. d. XV. Octobr. Abends um VI. Uhr in dem LXXXIſten Jahr

**Seines Ruhmwürdig-geführten Alters/**

ſanfft und freudig in der Gnade Seines Erlöſers verſchieden war/

Und darauf

**Das angeſetzte Leichen-Begängniß in Vornehmer und Volckreicher Verſammlung**

Den XIIX. Sonntag nach Trinit. gehalten wurde/

auffgerichtet von

## Nachgeſetzten PATRONIS, guten Gönnern und Freunden.

WITTENBERG/ gedruckt von CHRISTIANO GERDESIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0003-5

SI felix ille eſt ex aſſe beatus habendus,
Quem poſt ſudores excipit alma quies,
Cui præter mortem, diſcrimina, crimina, clades,
Nil Libitina aufert; gaudia vera refert.
In Domino moriens NICOLAI nonne beatus,
Qui nunc e Cœlo deſpicit omne malum?

ſolat. cauſ. ſcrib.

Chriſtianus Vater, D. P. P.
& h. t. Acad. PRO-RECTOR.

---

PLuribus ægrotis faciens medicamina luſtris,
Per quæ multoties vita retenta fuit,
Obſecro, cur moritur? cur nil medicina paravit
Quod ſævam poſſit jam prohibere necem?
Scilicet æternam ſincero pectore vitam
Complexus, dixit: *Nunc volo, Chriſte, mori.*

*Mentem beate mortui expreſſurus ſcribeb.*

Caſpar Loeſcher, D.

---

*SI qvando candor, juſti ſociatus amori,*
*Junctaqve ſi probitas cum gravitate fuit:*
*Hic eſt ille Senex, triſti qvi funere condit*
*Proh dolor! iſta boni pignora rara Viri.*

Beatis manibus integerrimi Viri ex merito dabat

Io. Georg. Neumannus, D.

---

ILle tot ad tempus, qvo qvondam faucibus Orci
Arte ſua eripuit, Pharmacopola perit.
Diſcite mortales ſeram ſpectare ſalutem,
Tollere nam poſſunt pharmaca nulla necem!

Gottlieb Wernsdorfius, D.

---

Geh/ Ehren-Werther Greiß/ zu Deiner Ruhe ein/
Es ſoll das Siebende auch Dein Erlaß-Jahr ſeyn.
Du haſt die jüngſte Laſt und Drangſahl mit belebt/
Und kennſt den Unterſcheid/ wenn man bey JEſu ſchwebt.
Die Ehe-Gattin reicht Dir ſelbſt die rechte Hand/
Die Du vor Kurtzen haſt gebracht in kühlen Sand.
Wen Jahr und Zeiten-Lauff und Ehe-Gattin ruffen/
Der ſteigt ins Ewige auff wohlgebähnten Stuffen.

Val. Ernſt Löſcher/ SS. Th. D. & P. P.

DOctor Amyclæus ſua dat certamina cunctis,
Atque ſenes alios vincere mente cupit.
Sic animi pietate fere vitæque vigore,
Dive, per hanc vitam par Tibi nemo fuit.
Fac tamen, eſſe parem Lacedæmona, ſed nequit omnis
More Tuo, mortis vincere tela Laco.

Io. Henr. Berger, D.

---

Epicedion beati Dn. NICOLAI.

*VIciſti: Chriſtianus eras; Chriſtique ſecutus*
*Caſtra, tuum ſtrato nunc tegis hoſte locum.*
*Non te, longa licet paſſum faſtidia pugnae,*
*Illa coëgerunt fata referre pedem.*
*Nunc tua pone, SENEX, ſuperatis hoſtibus, arma,*
*Et ſuperas arces cum DUCE victor adi.*
*Hic æterna qvies exhauſto eſt parta labori,*
*Victricique decus fronte perenne geres.*

C. H. Horn, D.

---

SO folgt der Seelige ſchon Seiner Liebſten nach/
Bey Der zu Magdeburg ich meynte Selbſt zu liegen/
In einer Kirchen Grab; Nun iſt geſtillt Sein Ach/
Nun kann Er Freuden-voll mit Seinem JEſu ſiegen!

Gottfried Svevus, D.

---

MOrbo correptus Patriæ mea tecta relinquo,
Nunc validus Patriæ limina viſo meæ!

Longævi optimique ſenis mentem indicaturus ſcrib.

I. B. Wernher, D.

---

SO ſoll ſchon wiederum von deiner Väter Zahl/
Ein Mitglied aus der Welt zu ſeinen Vätern gehen/
Geliebtes Wittenberg! und ſchon zum andern Mahl/
Ein Edles Hauß gebückt in tieffen Trauren ſtehen?
O Schmertz- und Trauer-Hauß/ dem kaum vor einem Jahr/
An einem frembden Ort die Mutter ward entriſſen/
Muß/ als es wieder kaum zu Odem kommen war/
Sein Haupt/ ja ſeinen Grund/ den werthen Vater miſſen/
Die Klagen ſind gerecht; doch GOttes weiſer Rath/
Iſt keinen Sterblichen der Urſach nach erſchienen/
Wohl uns/ daß Seine Treu diß offenbahret hat!
Es ſoll dem/ der GOtt liebt/ zum beſten alles dienen.

Georg Beyer/ D.

---

*LUget mœſta ſuum Prætorem Curia, Cives*
*Deplorant querulis & ſua damna ſonis.*
*Deplorantque Virum, qui publica commoda nunquam*
*Impediit Patriæ, nunc niſi morte ſua.*
*Urbe igitur tanto percuſſa vulnere, juſtas*
*Quis populum lacrymas fundere, quæſo, neget?*

P. D. M.
debuit
Mich. Henr. Gribner, D.

I, Longæve Senex, & dulcem carpe qvietem,
Ac attrita gravi membra labore fove.
I, Curarum ſatis eſt, ſatis eſt pariterqve malorum,
I, fruere æternis, qvæ Tibi parta, bonis.
Interea pietas, candorqve, fidesqve manebunt,
Aggere dum ducto molliter oſſa cubant.

Io. Gothofredus Berger, D.

---

*Quem poſuit Moſes, ſuperatus terminus abs te*
*Octogeſimus eſt, o Venerande Senex.*
*Corpore ſat vegetus, greſſu, viſuque valebas,*
*Sic cibus ac potus ſat ſapuere tibi.*
*Coelitus hæc plerisque datur, ſed gratia rara,*
*Ornavit qua te Numinis alma manus.*
*Munere jam functus magna cum laude, quieſcas*
*In Domino placide, Civis in arce poli.*

P. G. Sperling, D.
P. P. & Arch. Anh.

---

DOrt hat ein Heyde zwar zu halten feſt verbothen/
Daß man nicht trauren ſolt um anverwandte Todten/
Doch wieder die Natur/
Die diß verlachet nur/
Ein Chriſte mag ja wohl betrauren und beklagen/
Wann der/ ſo Ihm gezeigt/ bringt Centner-ſchwere Plagen/
Und plötzlich ſtirbt dahin/
Was gleicht den Vater Sinn?
Doch Chriſtlich muß ein Chriſt ſich auch zu faſſen wiſſen/
Weil Kunſt/ Verſtand/ und was man liebt/ vergehen müſſen/
Es ſtirbt das Zeitliche/
Und bleibt das Ewige.
Diß iſt des Höchſten Art/ Er kräncket und betrübet
Die Seinen/ die Er doch mehr/ als ein Vater/ liebet/
Dort iſt die Seeligket/
Ohn Aenderung bereit!

Wohlmeinend ſchrieb es
Johann Carl Meeſe/ D.

---

I, venerande Senex, noſtri Seniorqve ſenatus
Qvondam, nunc cœli gaudia grata cape.
I, Qvi prope finiſti ſeclum, Tibi finiit ævum,
Nominis at ſemper fama perennis erit.

Io. P. Schrœter, D.

---

REißt Simſon Säulen um/ ſo ſincket der Pallaſt:
Wie wird es dir demnach/ Betrübtes Hauß/ ergehen/
Da Du jetzt Stütz' und Stab muſt gantz zerbrochen ſehen?
Jedoch getroſt! weil Du noch GOtt zum Pfeiler haſt!

Schriebs aus Schuldigkeit
D. Johann Jacob von Ryſſel/
d. Z. Creyß-Amtmann.

---

CLare Senex meritis, triſtes jam pone ſecures,
Fata vocant placidi judiciumque Dei.
Implenda humani eſt conſtans ſententia fati:
Pharmaca non illam frangere, jusve poteſt.

Non

Non Te virga minax, torvusqve in judice vultus
Terreat, aut ſummo vox Tibi miſſa throno.
Te juſtum exoptata manet ſententia: Felix,
Quisquis judicio ſtatque caditque Tuo.

*In mœſtæ Familiæ ſolatium NICOLAI Senioris*
*Urnæ pauca hæc adpoſuit*
Io. Chriſtoph Wichmannshauſen,
LL. OO. Prof. Publ.
Facult. Phil. h. t. DECANUS.

---

*SIccine Leucoreos Superi ſuſpiria temnunt?*
*Tam crebro nobis cauſa doloris adeſt?*
*Nondum concrevit, ſolidato pure, cicatrix,*
*Oſtentatque ſuas Curia noſtra neces.*
*En! Grachum ætatis noſtræ fata aſpera tollunt,*
*Qui fidei cuſtos juſtitiæque fuit.*
*Tanti igitur merito lugemus funus Amici,*
*Hunc lacrymis deflet Curia jure Virum.*
*Tu DEUS, aſt poſthac Lethes averte furorem,*
*Nec ſine, tam crebras nos cruciare neces.*

Beatis Manibus
Venerandi Senis & Collegæ deſideratiſſimi lugens dabat
Matthias Ernſt Hoffmann / D.
Reipubl. Oppid. Conſul.

---

QVum ſatur annorum NICLAI liqverit Orbem,
Dum octoginta annos natus is ipſe fuit:
CURIA PRÆTOREM ac SENIOREM luget ademptum,
Tam pietate gravem, qvam gravitate pium.
Sed qvia ſat terris vixit, revocatus ad arces
Ætherias, ubi pax, vita ſalusqve viget.
Gratandum eſt igitur merito de ſede beata,
Dum bonitas famæ heic altera vita manet.

*Doloris leniendi cauſa hoc dedit*
Michael Strauch /
Super. Mathemat. P. P. & totius Academiæ Senior.

---

*VIrtute & meritis, NICOLAI clare, ſub umbras*
*Lethales, atro funere merſus abis.*
*Scilicet ut frondes venientis frigore primo*
*Latæ hiemis marcent, & folia ipſa cadunt.*
*Sic tua lethali langventia frigore, aduſtis*
*Cum foliis uno tempore, membra cadunt.*
*Sed non cum foliis ſimul & tua fama peribit,*
*Illa ſed æterna laude ſuperſtes erit.*

D. Ioannes Baptiſta Röſchelius,

---

Ein Æſculapius tritt in der Götter-Orden /
Doch hat die kluge Welt kein Mittel ausgedacht /
Durch deſſen Herrligkeit der Tod vertrieben worden /
Es ſucht der Seelige was Jhn unſterblich macht /
Es iſt Sein reiner Geiſt ins Paradieß verreiſet /
Wo Jhn der Lebens-Baum mit edlen Früchten ſpeiſet.

Georg. Frid. Schröer,
Log. & Metaph. P. P.

NOn illi deceant praviſſima ſaecula mores,
O fuge, priſca fides qvo fugit ipſa, Pater!
Et jam, DIVE, tua Martha laetare recepta,
Aeternumqve tui foedus amoris habe.

Antiquae fidei memoriae
debuit
Io. Guilelmus Bergerus, P. P.
et Alumn. Elect. Ephorus.

---

QUi poteras lapſis afferre levamina rebus,
Atque dabas artis ſigna probata tuæ.
Tam Prætor rectus, quam Pæonis arte miniſter,
Præſtabas Medico munia grata choro.
Difficiles humeris tractabas Urbis habenas,
Firmus eras, fidei juſtitiæqve tenax.
Nuper at afflictum inopino turbine belli
Tangebat mentem ſors inimica tuam.
Aedibus exibas, & triſtia damna ferebas,
Cum ſanctum premerent aſpera fata caput.
Inde fatigatus ſubidi diſcrimine morbi,
Cœleſtis felix otia pacis habes.

Luctui leniendo ſcripſit
Henr. Leonardus Schurzfleiſchius, D.
Hiſtoriarum P.P.

---

SI quem prætorem prætorum jura juvarent,
Non injeciſſet mors tibi ſæva manus.
Tollit at ut prætor leges, ſic ſummus, olympi
Prætor reſcindet jura ſevera necis.

Honori ſupremo VIRI Beatiſſimi dedit
Io. Andreas Planerus, Prof. Publ.

---

DEcedis feſſus fractusque ſenilibus annis,
Felix, qui Tecum tecta ſuprema tenet.
In terris amplus Tibi vitæ terminus hæſit:
Et nunc in cœlis Te manet amplus honos.

Henr. Ludov. Wernher, Moralium P. P.

---

SAncte Senex, caram ſequeris, tua gaudia, Martham,
Conjunctusque polo ſpernere noſtra potes.
Nos planctusque manent, & mille pericula mundi.
Te cœli plauſus, te tenet alta quies.

His paucis
Optimo Viro, Senii gloria venerando, cœleſtis æternæque
civitatis jure donato
pie gratulatur
M. B. Hildebrand, D.

---

CUi reqviem cœli concedunt Fata ſuprema,
Irreqviem mundi deſerit ille lubens.

Joh. Caſp. Brendel, D.

DEr Seelige iſt alt und Lebens-ſatt geſtorben/
Auffrichtig war Sein Thun/ nicht nach der Welt geſtellt/
Drum Er im Richter-Amt/ den Nachruhm hat erworben/
Daß Er gewiſſenhafft Sein Urtheil ſtets gefällt.

Seine ſchuldige Condolenz bey Abſterben des ſeel. Hn.
Nicolai, wohlverdienten Stadt-Richters allhier/
zu bezeigen ſchrieb es

Hiob Thielmann/ D.

---

VIx Coniux, fugiens Martem, quem credidit hoſtem,
Sollicito ſubiit plena timore necem.
At tu, cane Senex, curisque, metuque ſolutus,
Impatiens caræ Coniugis, ipſe fugis.
Ipſe fugis, vitæ dudum ſatur, atque laborum!
In pace & mortem cum Simeone ſubis.

Chriſtianus Zemmich/ D.

---

JEtzt/ da der rauhe Herbſt mit ſeinen krancken Lüfften/
Der holden Gärten-Zier pfle'gt tödlich zu vergifften/
Mach't das Gefilde bloß/ die grünen Bäume kahl/
Dieweil der ſtrenge Nord durchwehet Au' und Thal/
Die Blumen-Luſt verfällt mit ihren Lieblichkeiten/
Die Gelbeſucht verzehr't der Erden Fröligkeiten/
Die Wald-Muſic verſchwind't/ die Fruchtbarkeit erkalt/
Der Stämme Safft erſtarr't/ wird krafftloß/ ungeſtalt:
Da wirfft er unverhofft auff's Krancken-Bette nieder/
Dieſen ſehr werthen Mann/ entkräfftet ſeine Glieder/
Mit grimmer Hitz' und Schleim anfüllet Hertz' und Bruſt/
Dadurch Leib und Gemüth verlieret alle Luſt/
Der Richter ſteh't erſtaun't mit ſeinem Regimente/
Der Apothecker wird ſein eig'ner Patiente/
Artzney iſt häuffig da/ das eine fehl't Ihm nur/
Daß Er für ſeinen Tod weiß weder Rath noch Cur.
Doch laß! Er ſehnet ſich zum ſüſſen Engel-Leben/
Da Seine Liebſten Jhm Sein GOTT wird wieder geben/
Wolan/ wir gönnen Jhm die ſanffte Grabes-Ruh'/
Und ruffen Seiner Seel zum Freuden-Stand glück zu!
Die Himmels-Fürſten ſelbſt ſind bey dem Leichen-Steine/
Bewachen Grufft und Sarg/ bewahren die Gebeine/
JESUS empfänget Jhm/ öffnet die Himmels-Thür/
Willkommen treuer Knecht! Wohl/ Seeliger/ wohl Dir!

Chriſtian Warlitz/ D. P. P. E.
Hoch-Fürſtl. Sächſ. und Anhält. Leib-Medicus.

---

ERgo fatigatas abſolvis ſtamine Parcas,
Eqve fori ſtrepitu pergis ad aſtra Poli,
Juſte Senex! qvi Juſtitiæ ſincerus amator,
Impiger & cultor Relligionis eras?
Fata gemunt, omnes hinc, mœſtaqve curia luget,
Judicis & Cives funera acerba dolent.
At fruſtra qverimur. Qvi tot monumenta relinqvit
Virtutum, licet & corpus arena tegat,
Non moritur; Sed nomen adhuc laudesqve manebunt,
Dum lambent celeres Leucorin Albis aqvæ.

*Deprop.*
Michael Godofredus Ziegra, Med. Doct.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0009-2

*HEm Lector! geminum funus ſpectatur in uno:*
*Hinc mirare novum, quod cava buſta docent.*
*Scilicet extincti præſtans Aſtræa ſub urna*
*Atque rei medicæ fundus Apollo jacent.*

ſcr.
Io. Henr. Heucherus, D.P.P.S.

---

*Gen. XV, 15.*

Du ſolt fahren zu deinen Vätern mit **Frieden**/ und im guten Alter begraben werden.

WAs dort dem Abraham GOTT gnädiglich zuſagte/
Das iſt nun auch an Dir/ Du werther Greiß/ erfüllt!
Der Streit/ die Furcht/ die Angſt/ und was Dich ſonſt hier plagte/
Das iſt durch Deinen Tod auff einmahl gantz geſtillt.
Der Friede/ ſo mit GOTT/ als Menſchen war alleine/
Was hier in dieſer Welt Dein Haupt vergnügen hieß;
Du hielteſt gern Dein Hauß und Dein Gewiſſen reine
Von dem/ was wiſſentlich den Frieden von ſich ſtieß.
Drum hat Dich auch Dein GOTT in Frieden fahren laſſen/
Den Land/ Stadt/ Hauß und Hertz/ nach Wunſch erhalten hat;
Ja drum betrittſtu nun mit Luſt die Friedens-Straſſen/
Und geheſt Himmel-an/ getroſt und Lebens-ſatt.

Dem Wohlſeeligen zu wohlverdienten Nach-Ruhm/ und denen hinterlaſſenen betrübten Leidtragenden zu Troſte ſchriebs mitleidend

L. Joh. Hieronymus de Wedig/
Archidiac.

---

*MUlta, Senex, nobis claræ documenta dediſti*
*Virtutis, ſeræ poſteritatis honor.*
*Quod ferme emenſus ſeclum, Tibi finiit aeuum,*
*Finiet at famam nulla, Beate, dies.*

Iohannes Gothofredus Kraus, Lic.

---

IUſtus eras Iudex: nunc Iudicis ante tribunal
Stas iuſti, clemens iudiciumque ſubis.
Fautor eras æqui, defenſor & usque proborum,
Propitio gaudes hinc, fruerisque Deo.

Chriſtian Iacob Heyl/ I.V.L.

---

*OCcidit! exequias ſancto celebrate Parenti;*
*Occidit inſignis more fideqve Senex.*
*Sed modo divinos repetit generoſa penates*
*Virtus, & pigras excutit illa moras.*

Paucis his memoriam pie Defuncti celebrabat
Auguſtinus Leyſerus,
Jur. Lic. & P.P.

---

WEr wohl gelebet hat/ der kan nicht übel ſterben/
Wer wohl geſtorben iſt/ der bleibt ohn alle Noth:
Denn wer im Glauben ſtirbt/ der kömmt nicht ins Verderben/
Vielmehr gelanget Er zum Leben durch den Todt.

O wohl

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0010-4

O wohl dem Seeligen / der dahin ſchon gegangen /
Und itzo kan vergnügt im ewgen Leben prangen.

Denen Hinterbliebenen ſchriebs zum Troſt
M. Auguſtus Wolff / Prediger.

---

SIccine communi naturæ lege ſolutus,
Care Senex, medio mortis in ore jaces?
Siccine vivorum ſociali è fœdere raptus,
In gremio terræ vermibus eſca venis?
Occidis ad Moſis normam, ſed vivere primum
Incipis in *Chriſto* jam nova planta Tuo.
Oſſa licet putrida paſcant putredine vermes,
Mens tamen in cœlis gaudia mille capit.
Hic tibi vita fuit ſedes tantum modo ad uſum
Conducta, aſt illic fit tibi mancipio.
Cum letho vitam permutas, cumqve humo Olympum,
Felix, qvi tanto fœnore mutat iter.
*Hæredes* igitur gemebundas pellite voces,
Omnibus ad mortem reſtat aperta via.

*Ultimo pietatis honore perfunctus eſt*
M. Iohann Michael Reismannus,
Eccleſiaſtes.

---

Du riefſt mir / Theurſter / zu / auff Deinem Todten-Bette /
Ich lieg' und klettere die Jacobs-Leiter an!
Ich / Himmel: GOtt und Staub / die ſtreiten in die Wette /
Doch halte ich Ihn feſt / Ich kämpffe / was ich kan!
Sieht gleich mein matter Geiſt die Höhe dieſer Stuffen
Mit tauſend Seuffzern an; So beut doch GOtt die Hand /
Und neben dieſem hör' ich meinen JEſum ruffen:
Komm! Nimm zu eigen ein das ſchöne Himmels-Land!
Die Stimme hilfft mir auff / die letzten Schmertzen ſchwinden /
Das Haupt erhebet ſich von Lager / Erd' und Stein /
Ich ſoll nach düſtrer Nacht mein helles Pniel finden /
Nach Furcht und Grauen bricht die Morgenröthe ein.
So ſteig' ich demnach fort / und hab gleich überſtiegen /
GOTT ſetzt mir alſobald die Ehren-Krone auff /
Ich darff nun ferner nicht auff Schmertzens-Steinen liegen /
Wohl mir! Es iſt zu End mein ſchwerer Lebens-Lauff!
Ja wohl! Du Theureſter / die Müh iſt überſtanden /
Mir liegt der Weg noch vor / der Dich hinauff gebracht /
Ich wünſch mir Deinen Gang aus Meſechs Hütt' und Banden /
Indeſſen / lebe woh! mein Werthſter / gute Nacht!

Aus treuverbundenſtem Gemüthe ſetzte dieſes
M. Johann Heinrich Reißmann /
Diac. IV.

OBwohl in genere, wie Davids Worte zeigen/
Der Menſchen Jahre nur auff ſiebenzig anſteigen/
Und wenns zum höchſten kömmt/ kaum achtzig werden draus;
Damit iſt alle Müh und köſtlich' Leben aus.
So hat in ſpecie der Lebens-Fürſt gegeben/
Daß Du/ Wohlſeeligſter/ noch weiter haſt Dein Leben
Erſtrecket; Aber was iſt doch geweſen das?
Dein eigen Urtheil ſpricht: Es ſey nur Vanitas.
Zwar iſts ein groſſes Glück/ Du haſt es auch erkennet/
Und GOTT dafür gedanckt/ daß man Dich hat genennet
Mit Recht: Herr SENIOR, zu Rathhauß/ im Gericht/
Und der Familie; Auch das beſtehet nicht.
Die alte Redligkeit haſt Du noch unterſtützet/
Und vor der Falſchheit Sturm ſie ungemein beſchützet;
Die gantze Bürgerſchaff legt dieſes Zeugniß bey/
Und rühmet Deine Gunſt und Väterliche Treu.
Und dieſes ſoll allſtets Dein letzter Ruhm verbleiben/
Wir wollen Jhn als das Beſtändigſte auffſchreiben/
Auch Deine Pietät in Marmor graben ein/
Damit der Nachwelt es ein Denckmahl möge ſeyn.
Doch Du/ Wohlſeeligſter! haſt nunmehr Dir erwehlet
Den Ort/ wo keine Zeit noch Jahre mehr man zehlet/
Wo alle Mühe/ Angſt und Arbeit auffgehör't/
Bey JEſU/ da Dich nun kein Feind noch Unfall ſtöhr't.

Dem Wohlſeeligen Herrn Seniori und Stadt-Richter Nicolai, zum letzten Ehren und ſteten Andencken ſetzte dieſes mitleidend

Johann Siegmund Schmidt/
Chur-Creyß-Steuer-Einnehmer.

---

WEr als ein Richter ſtets die Sachen ſo gerichtet/
Daß er bey iederman ein gutes Lob erhält/
Der ſtirbt nicht/ wenn er ſtirbt/ Sein Ruhm wird nicht vernichtet/
Er lebet nach dem Tod/ und ſteht noch/ wenn er fällt.
Herr Nicolai hat ſich eben ſo erwieſen/
Er hat Sein Richter-Amt ſehr löblich hier geführt;
Drum wird Er nach dem Tod von iederman geprieſen/
Und dieſer ſchöne Ruhm Jhn nun im Grabe ziert.
Er hat hier wohl gericht/ drum wird in jenem Leben/
Die Ehren-Crohne Jhm auff Seinem Haupte ſtehn/
Der Oberrichter wird Jhm ein gut Zeugniß geben/
Und mit der Frommen-Schaar zur Freude laſſen gehn.

M. Ernſt Chriſtian Schrödter/
der Philoſ. Facult. Adj.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0012-5

*NUper eras dubius, cum patria preſſa jaceret,*
*Te vivente, prior num reditura qvies?*
*Es voti compos factus, pax illa ſecuta eſt,*
*Qvam curæ toties expetiere Tuæ.*
*Nunc demum vitæ ſatur, &, qvæ reddita, pacis,*
*In cœlum, duplici jure beatus, abis.*

Hæc
συμπαθείας ergo
poſuit
M. P. Berger, Fac. Phil. Adj.

# CIVIS-VIR-PATER-FAMILIAS
## *bonus.*

O*Ptimus* occubuit CIVIS, *prudensque Senator*,
Ordinis ac *Senior* qui *Venerandus* erat.
Atque *gravis Prætor*, moderamine juſtus in urbe,
Et *cunctis tribuens*, quæ ſua quemque decent.
VIR *bonus* occubuit, *virtutum* quem *chorus* amplus
*Cingebat* nexu, tempus in omne probum.
Non hunc *ſacra fames* auri, nec *faſtus inanis*
Vexabant, *Vitiis oſor* & *hoſtis* erat.
Qui *convictor* erat menſæ, vel in ædibus *hoſpes*,
Laudabunt *grato pectore* quisque Virum.
Dic *celebris* SEELMANNE, tuo qui gaudia læta
Moviſti *Noſtro* nuper Epiſtolio.
Sæpius hoc avidus, *plenum candore*, legebat,
*Excudique typis* jamque paratus erat.
Aſt hos turbavit mors, *ultima linea* rerum,
Conatus, igitur vel *voluiſſe ſat* eſt.
Dic DEYLING, diſcedenti cui *gnavus honorem*,
In *Pratam properans*, exhibuiſſe ſtudet:
Ædibus attamen in *Reverendi* nempe *Magiſtri*
FERBERI, *felix* corde precatur *iter*.
Quando tuas feriet *prætriſtis rumor* hic aures,
*Ingens* conficiet pectora moeſta *dolor*.
Dicite BRENDELI *teſtes* REUTERque probati,
*Adſtantes* cernit quos in *agone* pius.
Haut procul ipſe fui, *gemitu precibusque* juvando
*Luctantem:* en, *placidus* cœlica tecta ſubit.
Heu, *quanto* privatos nos *Fautore* videmus:
Dic ubi NICOLAI quæſo *ſecundus* erit?
Occubitque *probus*, *Domui* qui præfuit *amplæ*,
Non ſine laude, PATER, *grandis* honore *ſenex*.
*Pignoribus* charis raræ Virtutis *avorum*
*Symbola* propoſuit, qui Senuere pii.
Namque DEUS *longævæ* ac *fauſtæ* præmia *Vitæ*
Promiſit, queis *lex ſumma* Parentis honor.
*Informatoresque*, duces pietatis alebat,
Sumtibus haut parcens, *ingeniis teneris*.
*Exquiſita* peritus erat formare, levandis
Ægris corporibus, *pharmaca*, lege bona.

Hinc *Domui* propriæ proſpexit, quosque premebat
*Pauperies*, *alacri* ſubveniebat *ope.*
Sicque Domum totam *benedictio* celſa *rigabat*:
Quæ perpes *cumulet pignora* mœſta, precor.
*Proſtratos relevet*, *defendat*, *proſpera* cuncta
Conciliet, *vegetos*, *incolumesque* beet.
Jam placide, *triplici* clarus *bonitate*, quieſcas:
Laudatus *Civis*, *Virque Paterque* bonus.
Ex *pacto* ſummum officium nunc *ſolvo* Patrono,
Quem *Parcæ*, quam me, præripuere *truces.*
Hautque mihi parcent, veniens ſed *tempore fixo*,
Sic *fidei plenus*, te comitabor *ovans.*
*Ter Sanctumque* DEUM celebrabimus *ore beato:*
Hæc me *Spes* animat *firma* repoſta ſinu.

*Immortali Viri integerrimi honori, immotoque lugentium Solatio, Inclutæ Nicolaiticæ domui obſtrictiſſimus, pullatus, optimo jure, appoſui*

M. Georgius Michaelis Caſſai, Hungarus,
Ampliſſimi Sapientum Ordinis Aſſeſſor.

---

WEr ſchon bey unſrer Stadt ein groſſer Richter war/
Iſt in der Himmels-Stadt anietzt ein Bürger worden.
Jedoch der Tauſch beut Ihm die gröſte Ehre dar/
Drum gratuliret Ihm in Seinem neuen Orden.

M. Auguſtus Müller,
Fac. Phil. Adjunct. & Theol. C.

---

ACh traure Wittenberg daß du haſt den verlohen/
So dir wahrhafftig war zu deinem Glück gebohren/
Der Tag und Nacht gewacht vor dieſe liebe Stadt/
Und niemand gehen ließ von ſich ohn Hülff und Rath.
Bewein/ O Bürgerſchafft! den Mann/ der dir entgangen/
Mit deme du vorhin gar recht haſt können prangen/
Den Fromm- und Redligkeit/ auch teutſche Treu geziert/
Und der Sein Richter-Ampt mit höchſten Ruhm geführt.
Beklagt den Todes-Fall ihr Armen und ihr Weyſſen/
Weil der geſtorben iſt/ ſo öffters euch zu ſpeiſſen/
Sich eine Freud gemacht/ und deſſen milde Hand
So wohl in Wittenberg/ als drauſſen/ iſt bekannt.
Und was ſoll endlich ich von dieſer Leiche ſagen/
Gewiß ich find bey mir den Mann ſo zubeklagen/
Daß wann es müglich wär an ſtatt der Thränen-Blut
Aus meinen Augen flöß/ als wie ein Waſſer-Fluth.
Erſt kürtzlich wolteſt Du noch eine Reyß anſtellen/
Und mich in ſolcher Dir als einem Freund geſellen/
Kaum war der Schluß gemacht/ ſo rufft Dir JEſus zu/
Komm auserwehlte Seel/ und reyß zur zur Himmels-Ruh.
So leb dann/ reiner Geiſt/ bey GOTT in ſüſſen Freuden/
Genieß der ſtoltzen Wonn/ des Himmels edle Zeiten/
Werd ewig dort getröſt in jenem Engel-Land/
Und ruhe ſanfft und wohl in GOttes lieber Hand.

Alſo wolte ſein hertzliches Mitleyden hierdurch gegen der gantzen Hochwertheſten Nicolaiſchen Familie eröffnen

Dero verbundenſter Diener

Friederich Kupffer/
d. Z. hieſiger Löbl. Bürgerſchafft Vorſteher.

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

Ung. VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Funeralia K–R.]

X 2855981



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0015-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770740-p0016-7

# Das im Segen ſtets blühende
# Andencken
Des weyland
## Wohl-Edlen/ Groß-Achtbaren und Wohl-Weiſen Herrn/
# Hrn. Gottfried NICOLAI,
## In der Chur-Stadt Wittenberg Wohl-verdienten Stadt-Richters/ und E. Hoch-Weiſen Raths-COLLEGII
Anſehnlichen SENIORIS,

Wie Derſelbe
Anno MDCC VII. d. XV. Octobr. Abends um VI. Uhr in dem LXXXIſten Jahr
**Seines Ruhmwürdig-geführten Alters/**
ſanfft und freudig in der Gnade Seines Erlöſers verſchieden war/
Und darauf
Das angeſetzte Leichen-Begängniß in Vornehmer und
**Volckreicher Verſammlung**
Den XIIX. Sonntag nach Trinit...